



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 96. Quorundam Patrum Sententiæ circa hæc doctrinæ decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „restringere, & prorogare libere possit
 A.C. 1562. „& valeat. „

Hanc indictionem omnes Synodi Patres ratam habebant, respondentes:
Placet.

§. XCVI.

Quorundam Patrum sententiæ circa hæc doctrinæ decreta.

Pallav. c. II. n. 21. Hæc doctrinæ decreta publice perlecta a Legatis Cardinalibus fuere approbata, ac nonnisi Legatus Hosius Warmiensis Episcopus, necnon Ælius Patriarcha Jerosolymitanus hanc rem in Pontificis iudicio reposuerunt, declarantes: *Si placebit sanctissimo Domino nostro, nobis quoque placebit:* Stella autem Justinopolitanus Episcopus ea verba, quæ ex sexto S. Joannis capite desumpta, atque ad Granatensis Episcopi nutum adjecta fuere, neutiquam comprobabat, & cum eo convenerunt Didacus de Leon Carmelita, Episcopus Colombriensis, & Joannes Muntones Ordinis S. Augustini Episcopus Segoviensis: insuper eidem Stellæ non placuit ratio, capite quarto allata, de neganda infantibus Eucharistia, sed petiit, ut ejus loco altera apponeretur, quam ipse Apostolicam nominabat, quæ *Pallav. c. II. n. 31.* si desumptam ab Apostoli mandato, *probet seipsum homo.*

Deni-

Denique Philippus Maria Campeg-
gius contra primum decreti caput quæ-
dam objecit argumenta circa textus ex
sexto S. Joannis capite ibidem allega-
tos: verum ejus oppositiones flocci
habebantur.

§. XCVII.

*Mantuanus Cardinalis Simonettae
reconciliatus.*

Cum prosper Synodi progressus haud
parum a perfecta Præsidum concor-
dia dependeret, hinc Simonetta Car-
dinalis Mantuanum, quocum jam ab ali-
quo tempore, ut vidimus, similitatem fo-
vebat, adire constituit, ac die decimo
septimo Julii absoluta Congregatione
Ecclesiam egressus eundem convenit,
illumque ad suum Palatium deducens
ad prandium invitavit. Certabant am-
bo mutuis obsequiosi officii testificatio-
nibus, cum vero Simonetta, ex eo quod
quidam Præfules sibi familiares contra
Mantuanum oblocuti fuissent, sese pur-
gare vellet, mox hic illum interpella-
bat, dicens, quod ea de re tempore ma-
gis opportuno sermonem habere vel-
lent: hoc autem silentio, prout postea
Olivæ suo a secretis Ministro oretenus
manifestavit, significare voluit, quod
haud aliam excusationem peteret, nisi
erga se mutatam in melius agendi ra-

Pallav. c. 13.

n. 5.